



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. De fide acquiescente in nudo uerbo promissionis, etiamsi euentus non statim conspiciuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

necessarijs *Ἐλονακία*, quæ uel pugnacitate uel
strositate naturæ, uel morositate, uel superbia,
ambitione, uel odio, uel emulatione, uel quacumque
alia de causa pugnat, de leuibus aut non necessarijs
rebus, & facile irritat alios, ac nusquam cedere
ritanti, sine fine contentiones inflamat.

Illustre autem exemplum *Ἐλασυχίας* ex
tutum ad eam necessariarum hoc loco in patri-
cha Abraham proponitur, dum inquit ad Loth.
quæso sit iurgium inter me & te, Fratres erit
fumus. Si ad sinistram ieris, ego ad dextram
Si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pe-
gam. Etsi enim Abraham, dignitate, officio, auctori-
tate, ætate nepoti Loth longè antecellit, Tamen se
fra Loth abijcit, & de suo iure cedit ac condidit
aliquid, studio retinendæ concordie ac pacis.

III.

FIDES ACQUIESCENS in nudo uerbo promissionis.

Singularis Ecclesiæ sapientia est, fidem nisi
uerbo diuinæ promissionis, etiamsi externa specie
cum uerbo pugnat, ut Abrahæ promittitur possessio
terræ Canaan, & infinita posteritas, cum tamen
nec uestigium pedis in ea teneat, nec ullos liberos
babeat, uel sperare possit. Ideo inquit Paulus, Abrahæ

ham credidisse contra spem in spem, hoc est, etiam si res subiecta oculis, aut ratio, nullam ostenderit spei causam, tamen expectasse rem sperandam in promissione ostensam. Ostendit enim fidem esse adensionem & fiduciam, quæ certò accipit aut expectat promissa in uerbo, etiam si nec conspiciuntur, nec humane rationis iudicio expectari possunt.

TEXTVS CA
PITIS XIII.

In possessione.) *Ebraeus habet, In Armento seu pecore.*

Nomina propria, Abraham, Loth, Bethel, Hai, Sodoma, Gomorra, Cananeus &c. prius exposita sunt cap. 10. 11. 12.

Phere Zeus.) *יִרְדְּנָי habitantes in Villis, non circumdatis muro. Habitarunt autem Pherezei prope Sichem, ut ex Genes. 34. apparet.*

Sicut Paradisus Domini.) *Paradisus Græca uox est, quam ex Oeconomico Xenophontis Cicero uertit, Agrum conseptum, & diligente consitum.*

Irrigabatur sicut Aegzptus.) *Nilus cum Sol est in ♄. ♃. in undat agros Ægypti, & centesimo die intra alueum reuocatur. Sic Iordanis uicinos agros irrigauit. Eccles. 24. Iosue 3.*

Segor.) *Vna ex quinque urbibus. יִרְדְּנָי parua.*

Iordanis.) *Flumen scaturit in Libano, ex duobus*

V § bus

bus fontibus, quorum alteri nomen est Dan, al-
lar. דן doctrina iudicij.

Homines Sodomitæ erant peccatores co-
ram Domino.) Ezech. 16. Ecce hæc fuit impietas
Sodomæ. Superbia, quæ contemptum Dei
uerbi Dei, & fiduciam propriæ sapientiæ com-
plicitur, saturitas panis & abundantia & oculi
ipsius & filiarum eius. Et manum egeno & paup-
ri non porrigebant &c.

Mambre.) Nomen uiri Amorraei.

ממרה rebellis.

Hebron) Vrbs celebris in tribu Iuda, quæ
hospitium et sepultura locum tribuit Abrahae,
& Iacob. חברון Societas.

Abeſt quinq; miliaribus à Ierofolyma.

CAPVT DECIMVM MVMQVARTVM.

LOCI PRÆCIPVI.

- I. *Historia belli utriusq; inter
ges gesti, in genere monet
bellorum causis, incertis even-
tibus, & horrendis calamita-*